

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 11 : De Medusa

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[91\] : De Medusa](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 11 : De Medusa](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 12 : De Meduse](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 11 : De Meduse](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 11 : De Medusa, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 14/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/908>

Copier

Présentation du document

Publication Venise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) ,
Res/4 Ant. 50
Formatin-4
Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination221r°-222r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Méduse](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière
modification le 25/11/2024

magis formidandas esse viro bono ac prudenti, voluptatum titillationes, quam hostium minas. Quippe cum nulla sit ciuitas tam felix, nullam tam potens regnum, ulla tanta tamque aëta vel naturæ, vel amicitie coniunctio, nulla tam firma præsidia, quæ libido & intemperantia non possit infringere: omnium siquidem libidinum, omnisque lasciuie cautes, ærumnæ, exilia, egestas, præsentiumq; bonorum iacturæ sunt comites. At nunc de Medusa dicamus.

De Medusa.

Cap. XI.

fo

Medusa etiam ob libidinem & Veneris immoderatum desiderium acerbissimam Deorum iram in se conuertit; cum vel in templo Mineræ Neptunum passa sit. fuerunt complures hoc nomine vocatæ mulieres, nam & vna ex filiabus Priami, & vna ex Stheneli ac Nicippes Medusa vocata est. at ea, quæ celebratur à poetis, vt ait Paus. in Corinthiacis, filia Phorcæ fuisse dicitur: cuius quæ fuerit mater non constat, cum quidam marini cuiusdam monstri filiam fuisse inquirant. Propter violatum igitur templum, cū piaculum ibi commissum fuisset, irata Dea ne tantum scelus inultum esset, comam primum, propter cuius pulchritudinem Neptuno placuerat, in serpentes conuertit; deinde dedit illi hanc vim, vt quicumque illam aspiceret, fierent lapides; quod innuit Ouid. lib. 1. de Ponto;

20

Ipsa Medusa oculis veniat licet obuia nostris;

Amittet vires protinus ipsa suas.

Deinde cum multos homines in lapides verteret, & ingenti clade populos iuxta Tritonidem paludem habitantes afficeret, Deorum misericordia Perseus Iouis Danæq; filius ad eam obtuncandam mittitur. Ille acceptis à Mercurio talaribus & falcato ense, à Pallade scuto, vnico icu caput eius amputauit, quod postea gestauit Pallas suo scuto affixum. Dionysiocles Andromedam ceto expositam à Perseo liberatam fuisse scribit, cum is ostenso capite Medusæ cetum in lapidem vertisset, at Ifacius non eam fuisse causam Medusæ calamitatis commemorat, sed Medusam inquit fuisse Pisiæ omnium mulierum suæ ætatis pulcherrimam, quæ cum magnopore capillorum pulchritudine præsertim gloriaretur, seq; vel Pallade pulchriorem affirmaret, auderetque de forma vel cum Dea contendere, Pallas Perseum ad illam misit, Gorgonemque monstrauit in pictura Sami, vbi ciuitas fuit ex illa re Dictærium vocata. Verum vt ad Perseum redeam, qui superius missus fuerat Deorum misericordia ad illam obtuncandam, quia multos homines in saxa conuerteret, Perseus primum ad Pephirado & Enyo Phorcidas vocatas accessit, quæ vetulæ erant à natiuitate, & Gorgonum sorores. Ab illis igitur vnicum oculum, quo illæ vicissim utebantur, & vnicum dentem mutuo accepit; neque prius illis reddidit, quam ad Nymphas ipsum deduxissent. tum acceptis calceis volueribus nympharum, & pera siue sacculo, galeaq; Platonis, & adamantina falce Mercurii, & speculo Palladis volans ad Tartessum ciuitatem Iberiæ ad ipsas Gorgones peruenit: quæ capita habebant serpentibus implicata squammosis, dentes quanti sunt magnorum aporum, manus ferreas, & alas, quibus volabant: sic igitur ad has volauit Perseus, quas dormientes inuenit: atque Medusæ caput in speculo auersus inueniens Pallade manum dirigente amputauit. Ex capite Medusæ desecto Pe-

30

40

K k k

gafus

Mythologia

gafus alatus equus repente profiliit . tum graüter ferētes reliquæ sorores
ac lugentes sibilum ē multitudine angulum ingentem emittebant , vnde Pal
las legem tiliarum multarum capitum vocatam antiquitus excogitauit . at
Perseus caput amputatum in peram coniectum super humero à tergo ferens
gestauit ad Palladem . sic autem illius formam descripsit Hesiodus in Scuto ;

10

Εὐδ' ἢ δὴ δαίμων δαδάει τίς τις , ἰπποῖα φέρωντι ,
τοῦ δ' ἢ ἐπιφάνει σάκος περὶ , καὶ ἰσὺς αὐτοῦ .
δαῖμα μὲν φέρουσ' ἱπὸν οὐδ' αὖτ' ἵστρεκτο .
τῷ γάρ μιν παλάμη τιόη κλυτὴ ἀμφιγύνη ,
χρυσῇ . ἀμφὶ δὲ πρὸς ἔχ' περιέντα πίδακα .
ἄρουσι δὲ μιν ἀμφὶ μολαῖδοντι ἀπ' ἱαντοῦ .
χάλας ἱεὶ τλασκύνει , εἴ δ' αὖτις εἴρωα ποταῖο .
παῖ δὲ μεταφρίον ἔχ' κέρα δάουα πολύρου
Γοργόνα . ἀμφὶ δὲ μιν κίβωσι δὲ δαῖμα ἰδέσθαι
ἀρρυτὴν . δέσσαντι δὲ κατερριῦν τε φασσὶ ,
χρυσῇ . δὴ δὲ περὶ κροτάφουσι αἰκάνοι
καὶ αἰδοῦ κακὴν ἰσχυρὴν ῥόφον ἀπὸς ἔχουσα .
αὐτὴ δὲ ἀνέδδοντι καὶ ἰβήσαντι ἰσχυρῇ
ἀρρυτὴν δακλὸν ἱστάνοντο . τὰ δὲ μὲν αὐτῇ
Γοργόνα ἀπλῆντο καὶ οὐ φεταὶ ἰβήσαντο .

20

Hic aderat Danaes proles clarissima Perseus .
Nec tangebat enim scutum pede ; nec procul idem
Distabat . nusquam stabat , mirabile dictu .
Sic Deus ignipotens ex auro fecerat illum .
Huic alata pedes imos talaria nesciunt .
Ferreus ast humeris loro suspenditur alris
Ensis : & ille animo velocior aera transit .
Gorgonis horribilis monstri cui terga grauantur
Pondere ; circum ex argento , mirabile visu ,
Sacculus hoc habuit . clauderat simbria vellem
Aurea . Plutonis galea caput ipse tegebat
Obscura , steterat nox illam plurima circum :
Filius at Danaes Perseus mira arte timenti
Factus erat similis , properantiq̃ : horrida monstra
Gorgonea à tergo , similesq̃ sequentibus illum .

30

E sanguine igitur Medusæ de collo defluente natus est vocatus Chrysaor , &
Pegasus , & ē guttis distillantibus ex ipso capite , varia serpentum genera , ut
fabulati sunt antiqui . id caput suo clypeo Pallas affixit , & gestare consue
uit , ut testatur Euripides in Rheso hoc pacto ;

40

Γοργὼ δ' αὖτ' ἀπ' αἰθέρος θύει
καλὸν μετὰ νύκτι ἐκκρίνεται πρὸς δόρυ ,
πολλοὶ δὲ αὐτὴν καὶ δάκρυα ἱπποῖα φέρουσι .

Gorgo Deæ ast ab Aegide
Ex ære equinis est ligata frontibus ;
Multis timorem personat tinnitibus ,

Alii tamen maluerunt affixum fuisse Gorgonis caput iis armis , quibus pe
dus tegeatur , quàm clypeo : qui pectoris integumentum Gorgonium vo
carunt , ut esset formæ eius , quæ de forma ausa fuit contendere , comparatiu .

Hæc

Hæc ea sunt, quæ de Medusa memorantur fabulosè, quæ cum sola mortalis
esset è Gorgonibus occisa est, nunc cur hæc sint ficta inquiramus. Paus. in Co
rinthiacis eadem Medusæ ad historiam traduxit, ubi inquit eam fuisse filiã
Phorci, quæ mortuo patre regnum ab illo acceperit eorum populorum, qui
ad Tritonidem paludem accolunt, solitamque in venationes & pugnas cum
iis populis, quibus imperabat, exire. Verum cum lectissimis Persei copiis,
quas ille ducabat ex Peloponneso, obuia fuisset, in acie noctu per insidias
in castris trucidata est, cuius vel mortuæ pulchritudinẽ admiratus Perseus,
ut omnibus esset spectaculo, præcisum caput in Græciam portauit, quo viso
homines admirati dicti sunt in lapides conuerti. Non defuerunt tamen qui
in Aphrica bestias esse admirabiles & inuitatæ formæ inquam, & inter illas
feros homines: atque Medusam vnã ex illis fuisse, quæ procul à suis gre
gibus aberrans ad paludem Tritonidem peruenerit, quæ illius accolæ gra
ui clade affecerit, donec à Perseo adiuvante Minerua, quia homines eius loci
sacri Mineruæ putabantur, occisa fuit. At enim nihil horum, quæ hæcenus
dicta sunt, dignum esse videbatur, quod transmitteretur ad posteros, nisi
quæpiam præclarior & utilior subesset sententia. Quid ergo est? cum pul
cherrima esse diceretur omnium mulierum Medusa, quid prohibet illam vo
luptatem aut libidinem censer? est enim vis illa voluptatum ut & Deorum
cultus, & omnis humanitatis, & officii, omnisque utilitatis nos obliuisci co
gar, si illarum arbitrio nos dedamus: quare cum homines inuitiles rebus cæ
teris efficiantur præclare dicti sunt in lapides soliti conuerti. Alii super
bie & arrogantis, & temeritati vim Medusæ attribuerant; quare duplex ex est
de illa sententia, quod ob libidinem Dæ templum profanauit scilicet, &
quod de pulchritudine capillorum ausa sit cum dea contendere. nam qui
superbia & petulantia nimis effervunt; illi nullam neque hominum, neque
Deorum habent rationem. illi cum ceteris omnibus, tum sibi maxime sunt
inuitiles & in lapides conuertuntur; quare & superbiæ & libidini illa vis tri
buitur. admonemur igitur per hanc fabulam ut libidinem fugiamus, cum il
la sit & Diis inuisa, & nobis iniucunda denique; ut superbia ne nimis effera
mur, quoniam omnis temeritatis vindex est Deus; ut quæcunque bona ha
bemus, à Deo esse putemus, qui omnium bonorum solus est autor & largi
tor: quare si quis ob illa quæ à Deo acceperit, vel nimis gloriatur, vel etiam
Deum contemnat, id totum, quod à Deo habuit, auferetur ab eo, & tantum
malorum cumulum, quantum erat pristinorum bonorum, accipiet. Sic enim
cum prius omnium oculos Medusa in se conuerteret ob insignem corporis &
capillorum pulchritudinem, siue, ut verius dicam, ob pristinam felicitatem, post
quam coma in angues conuersa est, omnes ab illa oculos auertebant. nam
cum fortunæ vis & aura benigna aspirauerit, magna circumllat vndiq; ami
corum, & coniuictorum copia: at si Deus fortunæ cursum auerterit, omnes
& amici & coniuicti celeriter auolant, multi que qui intimi antea fuerant,
cum nobis occurrunt, oculos auertunt. ad hæc igitur vitia reprimenda con
fictam fuisse ab antiquis Medusæ fabulam ego crediderim, at non ob eam
causam, quæ superius dicta est, at nunc de Gorgonibus dicatur.

De Gorgonibus.

Cap. XII.

GOrgonum vero duplex est ordo, cum omnes sint natæ ex iisdem paren
tibus, quibus etiam Medusa; è Phorco scilicet, & Ceto. Aliæ vero ea
rum

K k k 1 rum